



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XII. Vt adulteri & incesti poeniteant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO
CHRISTI
1056.

vel paratam, tertia pars decimarum cum primitiis & oblationibus, quæ de cœmeteriis & defunctis consequantur, episcopo & clericis assignetur. Simili quoque modo statuimus de ecclesiis ad monasteria pertinentibus.

X I.

Item de ecclesiis in alodiis laicorum constitutis, vt tertia pars decimarum cum primitiis, & presbyterio, & ceteris in potestate presbyteri ad seruitium ipsius ecclesiæ sub episcopi, vel clericorum ditione permaneant. Qui autem contrarii sanctæ matri ecclesiæ & auferunt & retinent ad suum opus alodia, quæ pertinent ad communitates canonicorum, vel monachorum, nisi resipuerint, & reddiderint ea, prædicto anathemati subdantur.

X II.

Adulteros vero, incestuosos, ac periuros moneamus per Domini obedientiam, & Petri apostolorum principis, & domini Victoris, & nostram, vt resipiscant a vitiis huiusmodi, & ad dignam satisfactionem secundum statuta Canonum perueniant, & excommunicamus id in futuro fieri nulloatenus.

X III.

Cum hæreticis & cum excommunicatis vllam participationem vel societatem habentem præcipue excommunicamus, nisi correctionis vel admonitionis causa, vt ad fidem redeant catholicam. Si qui autem adiuuantes eos defendere conati fuerint, vinculo simul excommunicationis cum eis subditi permaneant.